

neralibus quibusdam circumstantiis duas in species distribuitur, nempe in factū unius multiplicationis aut plurium deinceps. Ita simplex figurati natura est in capitibus quatuor prioribus, postremum autem mistum illum figuratū, videlicet ab absoluto numeratū comprehendit.

Proxima est Algebra, quam cum septem & viginti ab hinc annos edidisset P. Ramus ita absolutorum & figuratorum doctrina subiecerat, ut truncam principie corporis sui parte Arithmeticae professionē suam iudicasse videatur, quae de Algebra taceret. Nec alia in sententia postea fuit. Quanquam enim de figuratis nescio quid secus quā oporteret festinanti & bibliotheca patriaq; carenti in mentem venisset, Algebram tamen polliceri novam non destitit. Quin etiam quarto & vicesimo Mathematicarum scholarū libro primae partis emendatio-
ra pleraq; dat praecpta. Quae nos vestigia sequentes etiam Algebram in apertū denuo proferimus. Iamq; perceptis figuratis numeris ut omnem τὴν κατὰ παιδείαν ὁδὸν ad eruditionem viam, ut ait Plato, facilem & expeditam habeamus, negligentiae culpa nulla fuerit opinor, de Algebra quoque paratis animis brevitae & perspicuitate summa philosophantem P. Ramum attendere.

Logi-